Filipowski Petrus Pauli: Quaestio metaphysica de intelligentiis.

M

P

Sac
Ma
FL
ST
m

M

IN NOMINE DOMINI AMEN.

QUÆSTIO METAPHYSICA.

De Intelligentiis

Ex Libro 5. 8. & 12. Metaph: Tex: 41. 44.

DESUMPTA.

&

Sub Prosperrimo Regimine

Magnifici, Perillustris & Admodum Reverendi Domini,

D. M. STANISLAI PHILIPPOWIC,

Sacræ Theologiæ DOCTORIS & PROFESSORIS, Collegii Majoris SENIORIS PATRIS, Ecclesiarum Collegiatarum; S. FLORIANI ad Cracoviam DECANI, Cureloviensis SCHOLASTICI, Parochialium, Premykoviensis PRÆPOSITI, in Igołomia CURATI, Contubernii Starnigeliani & Alumnatûs Roszczeviani PROVISORIS, Studii Generalis Almæ Universitatis Cracoviensis PROCANCELLARII, & Vigilantissimi

RECTORIS.

Per

M. PETRUM PAULUM FILIPOWSKI,

Philosophiæ DOCTOREM, Ejusdemq; Cursûs Vladislaviani PROFESSOREM, Collegam Minorem,

Pro Loco in Collegio Majori obtinendo,

Publicè ad disputandum,

In Peraugusto CC. DD. Theologorum Lectorio

PROPOSITA.

Annô Domini 1752. *Die* 25. *Mensis Januarii.*

CRACOVIÆ TYPIS UNIVERSITATIS.

QUÆSTIO METAPHYSICA.

U. Existentia Angelorum, quorum Natura est Universalis & Prædicabilis, in Prædicamento Substantiæ reponibilis, per se ipsam individua, naturali ratione in rerum natura possit demonstrari? nec ne?

CONCLUSIO I.

Natura Angelica inadæquatè concepta, est Universalis & Prædicabilis.

COROLLARIA.

I. *Adæquatè concepta Natura Angelica, non potest esse Universalis & Prædicabilis.*

II. *Impossibile est Naturam Angelicam habere plura Individua ejusdem speciei quo ad rem.*

III. *Possunt in Natura Angelica concipi plura Individua negativè, seu per non repugnantiam, vel ut alii dicunt, secundùm rationem tantùm.*

IV. *Individua speciei Angelicæ, ut à nobis concipiuntur, non sunt fictitia.*

V. *Individua speciei Angelicæ ut à nobis concepta, sunt realia conditionata.*

CON-

CONCLUSIO II.

Angeli directè & per se, ponuntur in Prædicamento Substantiæ.

COROLLARIA.

I. *Natura Angelica non solùm ponitur in Prædicamento Substantiæ, ut subijcibilis, sed etiam ut Prædicabilis.*

II. *Falsa est opinio Durandi; Angelos ideò non poni in Prædicamento substantiæ, quia sunt entia simplicia; idest non composita.*

III. *Licèt Angeli non sint compositi ex Materia & Forma, habent tamen alias compositiones.*

IV. *Angeli non constant materiâ Spirituali.*

V. *Angeli sunt omnino immateriales, seu puri Spiritus.*

CONCLUSIO III.

Angeli se ipsis individuantur.

COROLLARIA.

I. *Principium Individuationis in Angelis, non potest esse aliquid superadditum.*

II. *Existentia & Subsistentia, non sunt principium individuationis Angelorum.*

III. *Neq; hæcceitas potest esse principium Individuationis, in Angelis.*

IV. *Angeli individuantur se ipsis, secundùm gradum specificum consideratis.*

V. *Differentia Individualis in Angelis non dicit aliquid reale, supra naturam specificam, nec re, nec ratione distinctum, à Differentia specifica.*

CON-

CONCLUSIO IV.

Existentia Angelorum potest naturali ratione, in rerum natura ostendi.

COROLLARIA.

I. *Existentia Angelorum non est demonstra[illegible] ratione naturali Metaphysicè, per Causam seu à priori.*

II. *Neq; existentia Angelorum potest demonstrari Metaphysicè, per effectum seu à posteriori.*

III. *Existentia Angelorum etiam physicè non potest demonstrari ratione naturali, per Causam seu à priori.*

IV. *Nec etiam natura Angelica potest demonstrari moraliter.*

V. *Potest tamen eadem natura Angelica demonstrari ratione naturali physicè, per effectus seu à posteriori.*

Hinc
Illi, qui facit Angelos suos Spiritus,
DEO, Ter Optimo Maximo,
Laus, Honor & Gloria.



Permissu Magnifici Domini
RECTORIS.











~~Filipowski Petri Pauli.~~

~~Quaestio metaphysica de intelligentiis.~~